

Natu exinsece per plures species: sed solum quod sit perfectibile aptitudinaliter: bene verum est tamen esse aliquod discrimen inter genus, & species, si primum intentionaliter considerentur: nam generi magis connotatur est aptitudo ad plures species: quam speciei ad individua: quia natura generica est quid incompletum, & imperfectum: atque adeo magis petit plures actus specificos, per quos essentialiter perficiantur species vero quid completum est: & quia materialiter contrahitur, ideo unum individuum totam eius rationem exaurit, & aliorum pluralitatem non requirit: cum hoc tamen stat, ut haec duas intentiones generis, & speciei, requirant multa inferiora actu cognita, quae sint apta existere: licet actu à parte rei non existant: nec existere possint.

## ARTIC. II.

An genus, vniuersale, & tatum relatione, respicit omnes species?

**E**x precedente Articulo præsens originem ducit: ex eo enim, quod genus est relatum, & pro termino multas species habet, optime deducitur dubium: an omnes eas vniuersaliter, vel pluribus relationibus respiciant? Quod quidem difficultas non solum de genere, sed de ipso vniuersali in communione, & de quolibet in particulari, respectu suorum inferiorum, moueri potest: & quod pluribus relationibus species respiciat suadetur primo, ad multiplicationem terminorum, multiplicantur relations (ut cum Doct. capit. de relatione dicimus) ergo ad multiplicationem inferiorum, multiplicantur relations in vniuersali; quodcumque illud sit.

**1. Argum.** Secundo, genus respiciens tres, aut quatuor species, refertur ad illas relatione rationis: ergo corrupta vna, definit referri ad illam: sed cum hoc adhuc refertur ad alias: ergo non est ea dem relatio, quae respicit omnes.

**Terium.** Tertiù, si genus vniuersale relatione refertur ad plures species, sequeretur, quod simul posset esse genus, & non esse genus: consequens est absurdum: ergo sequella probatur: relationes sunt simul natura: & posita se ponunt, & pereempta se permutant: ergo posita una species, ponitur genus, & illa destruit, destruitur & illud: sed potest destrui una species, alia remanente in esse termini, ad quam genus etiam refertur: ergo simul potest esse genus, & non genus.

**2. Notandum.** Pro intelligentia notandum primo: quod terminus relationis in communi (sive sit relatione realis, sive rationis) est duplex: inadæquatus, & adæquatus: ille est, qui totam latitudinem relationis non terminat: iste autem, qui adæquatus illam terminat: patet exemplum in albedine, & colore, respectu potentia visiva: nam sicut albedo est obiectum inadæquatum, & partiale; & color est obiectum adæquatum, respectu talis potentia: sic in proposito de relatione, & eius termino est dicendum.

Secundo notandum: quod quando intellegitur comparatio aliquam naturam communem ad sua inferiora subiectibilia; ex qua comparatione actua manet comparatio passiva in inferioribus comparatis, quae est ratio fundandi relationem rationis: sive supra vidimus; cognoscit (salem in confuso) omnia talia inferiora, tali quam terminos naturæ superioris, sive sine in seru natu, siue non, vt vidimus Articulo precedentem.

Dicendum primo. **Genus**, & quodcumque aliud vniuersale, vniuersale, & eadem relatione potentiali, referuntur ad plura inferiora: hæc apud omnes, maxime apud nos, debet esse certa, quam sic primo ostendo: genus si formaliter genus, & vniuersale, per comparisonem intellectus, quae cognoscit illud in ordine ad suas species: sed per istam comparisonem non resultat in ista natura, nisi vniuersale relatio, qua omnes species respicit: ergo: probo minorem: nam vbi est tantum vniuersale ratio fundandi, tantum est vniuersale relatio: sed ex comparatione actua intellectus, in natura comparata, tantum datur vniuersale comparatio passiva, quae est ratio fundandi generationem: ergo talis natura comparata, vniuersale relatione, respicit plura.

Secundo, relatio singularitatis distinguuntur à relatione vniuersalitatis: quia illa tantum terminatur ad unum: & ista terminatur ad plura: ergo genus per unam relationem vniuersalitatis respicit omnia sua inferiora.

Confirmatur: generitas est forma vniuersalis: ergo per eam constitutur formaliter in esse talis: sed de intrinseca ratione vniuersalis est, quod respicit plura: ergo per illam vniuersalem relationem respicit plura.

Tertiù, si genus pluribus relationibus respicit omnes suas species: vel quilibet illarum denominat illam naturam formaliter genus, vel non? Si primum: ergo per illam constitutur genus formaliter in esse generis: ac per consequens, cum respectu ad plures species, & prædicabile de illis: hoc enim est de ratione generis: si secundum dixeris: ergo nec omnes simul: patet consequentia: quia relatio singularitatis ex se non est vniuersalis constitutiva: quamvis enim in una re sint plures relations singularitatis, per omnes illas non constitutur in esse vniuersalis: ergo, si quilibet generitas ex se non est constitutiva generis formaliter in esse vniuersalis: nec omnes simul.

Confirmatur: & sumo unam relationem, quae est in genere, qua respicit unam speciem: tunc sic: vel per illam relationem præcisè respicit genus hanc speciem, tanquam vniuersale: vel non? si primum: ergo respicit illam, per eam relationem, tanquam quid commune alias, speciebus: & habeo intentum: si secundum: ergo respectu illius non est vniuersale: si quidem non respicit eam, tanquam alias etiam communicabile.

Dicendum secundo: relatio actualis, quae genus actu est, vel prædicatur, non est vna numero, sed multiplex, secundum multiplicitatem prædicationum actualium: hæc probatur,

2. Not.

1. Conclus.

2. Conclus.

&amp;

& declaratur exemplo materia prima, in qua tantum est vna numero relatio potentialis ad omnes formas, quas potest recipere: relatio vero actualis fundata in unione, & informacione, variatur ad variationem formarum: sic in proposito: habitudo potentialis, seu aptitudinalis, generis ad species est vna: actualis vero fundata in actuali unione intelligibili, variatur secundum variationem prædicationum, & subiectorum, quibus vniatur.

Ad primam

Ad argumenta, ad primum distinguo antecedens: de relationibus, quae in superioritate, & communitate non constitutur; verum est: secus de istis relationibus, de quarum intrinseca ratione est respicere pro termino adæquato plura, ut plura: quia vnum inferius non exhaustit totam earum potentialitatem, & ideo totam earum latitudinem adæquate terminare nequeunt.

Ad secundam

Ad secundum dico: quod licet vna species, quoad esse reale corrumperatur, manet tamen in esse cognito, & objectivo, quod sufficit, ut ad eam relatione rationis referatur: & per hoc ad tertium respondeatur: manent enim species illæ in esse cognito, & objectivo.

Ad tertium.

Tex. com.  
430

cap. 7.

Ad oppositum est Porphyrius.

Dicendum: quod conuenienter ponitur: quia prædicari diuiditur in prædicari in quid, & in quale, tanquam per primos prædicandi modos: igitur per illa descendit vniuersale in species: genus autem non prædicatur in quale: igitur in quid.

Intelligentum: quod prædicari in quid est prædicare essentiam per modum esse: hoc conuenit generi: quia genus accipitur à parte materiali, & ideo prædicat essentiam per modum substantiarum, qui est modus essentia. Per oppositum autem differentia accipitur à parte formalis: & ideo prædicat essentiam per modum informantis, & qualificantis: & ideo in quale.

Nota: quod qualitas, quae est prædicamentum: prædicatur in quale absoluete: sed differentia substantialis prædicatur in quale quid: ex hoc enim quod importat formam, prædicatur in quale: sed ex hoc quod importat substantiam, prædicatur in quid: ideo ratione totius dicitur prædicari in quale quid. Unde patet differentia prædicandi inter qualitatem, & differentiam, quae diueritas prædicandi sumitur à diuersis modis essendi qualitatis, & differentia substantialis: ut patet.

Contra solutionem questionis: si prædicari in quid est prædicari essentiam, per modum essentie: ergo hæc est prædicatio in quid homo est lapis.

Item: si prædicari in quid est prædicare essentiam per modum essentie: & illud non est vnuocum rebus d'uerloru gen-

M. 2. ruma



VÆRITVR, de  
hac tertia particula  
definitionis, gene-  
ris, scilicet, in quid,  
utrum conuenienter  
ponatur? Quod  
non videtur: quia  
illud prædicatur in  
quid, per quod conuenienter respon-  
detur ad interrogationem factam per  
quid; ut patet ex probatione Porphy-  
ri: tale non est genus hic definitum:  
quia sive queratur de re, sive de inten-  
tione speciei, non conuenienter respon-  
detur per genus, ut denotat in-  
tentio: & tamen genus sic sum-  
ptum diffinitur hic: ut dictum est  
prius.

rum: quia nec essentia: igitur hæc particula, in quid, non conuenit rebus diversorum generum: ergo nec genus hæc diffinitum est vniuocum omnibus illis generibus.

Dico: quod prædicari in quid est prædicare essentiam subiecti, per modum essentiaz: & quod lapis, vel aliud disparatum, non prædicat essentiam hominis, per modum essentiaz: quia non predicatur de homine: nam illo modo tantum superius, & commune, prædicatur de contentis sub illo: & de illis est manifestum.

Ad secundum potest concedi: quod prædicari in quid est prædicare essentiam, per modum essentiaz: & hoc est vniuocum; licet essentia non sit vniuoca: quia sufficit essentiam similiter se habere hic, & ibi, ad prædicari vniuocè: quia prædicari dicit habitudinem.

Ad primum argumētū dico: quod duplex est Quæstio de specie sumpta pro intentione: quam conclusionem probat: tum auctoritate Porphyrii: tum etiam quia ratio vniuersalis est prædicari de pluribus, quæ diuiditur per, in quid, & in quale, tanquam per primos modos prædicandi: sed genus est species vniuersalis, & non prædicatur in quale, ergo in quid. Et ne dubitet alius de hac conscientia, explicat, quid sit prædicari in quid, & in quale, de quo iam supra quæst. vniuers. legere rat: explicat etiam quomodo differentia essentiales dicatur in quale prædicari: & discrimen, quod inter ipsam, & prædicamentum qualitatis, versatur, quod aſsignat Aristot. quinto Metaphys. text. comment. 19. Obijcit contra suam explicationem, & solvit obiectiones: tandem solvit argumenta in principio Quæstionis posita: quæ omnia in littera patent: & ut magis elucideant sequentem Articulum mouere decreuimus.

Ad secundum dicitur: quod differentia non prædicatur in quid de aliquo, respectu cuius est differentia: sed respectu cuius est genus: sed superior differentia est genus respectu inferioris.

Contra: quia si sic: ergo in omni genere sunt tria generalissima: scilicet, species, & duarum differentiarum.

Item: si differentia inferior sit species: ergo habet propriam differentiam in se, vt genus, & aliam differentiam supra additam: & ita illa differentia, pati ratione, erit species respectu superioris differentiaz: & ista habebit aliam differentiam: & illa alia differentia non potest esse in alio genere: quia tunc non substantia esset prius substantia: ergo sic procedendo infinita erunt differentiae in genere substantiaz: & ita nihil erit cognoscibile: quia non erit deuenire in primam illarum differentiarum.

Ad hoc igitur dicendum, sicut dictum est, quod tota coordinatio differentiarum reducitur ad coordinationem specierum.

Ad tertium principale dico: quod nihil prædicatur in quid de illo, respectu cuius, est accidens, sed respectu cuius, est genus: vt color non prædicatur de substantia in quid: sed de albedine, respectu cuius est genus.

### Summa textus.

**V**er definitionis generis expositione non imponat, circa ultimam eius particulam, videlicet, in ea quod quid, agitat Doctor hanc quæſtionem: vnuſcilect, conuenienter in ea ponatur: partem negatiuam tribus argumentis suadet, quæ ſatis claret in textu: sed illis non obſtantibus partem affirmatiuam ſuſtinendo hanc conuincionem aſsignat.

### Conclusione.

Particula in quid, conuenienter ponitur in generis definitione: quam conclusionem probat: tum auctoritate Porphyrii: tum etiam quia ratio vniuersalis est prædicari de pluribus, quæ diuiditur per, in quid, & in quale, tanquam per primos modos prædicandi: sed genus est species vniuersalis, & non prædicatur in quale, ergo in quid. Et ne dubitet alius de hac conscientia, explicat, quid sit prædicari in quid, & in quale, de quo iam supra quæst. vniuers. legere rat: explicat etiam quomodo differentia essentiales dicatur in quale prædicari: & discrimen, quod inter ipsam, & prædicamentum qualitatis, versatur, quod aſsignat Aristot. quinto Metaphys. text. comment. 19. Obijcit contra suam explicationem, & solvit obiectiones: tandem solvit argumenta in principio Quæstionis posita: quæ omnia in littera patent: & ut magis elucideant sequentem Articulum mouere decreuimus.

### ART. VNIC.

An prædicari in quid, quod conuenit generi, ſit prædicare essentiam per modum essentiaz?

**P**RIMA sententia est Laurentij Valla, qui lib. 10. Quæſtionum Dialect. cap. 28. affirmat, genus non diſtingui a differentia per illam particulam, in quid, ſed potius in illa conuenire: ac per consequens prædicari, in quid, non eſt prædicare essentiam per modum essentiaz: vt explicat Doctor: ſi quidem differentia conuenit quæ ſententia probari potest.

Primo, ex septimo Topicorum cap. 2. vbi dicitur: & in eo quod quid eſt, genus, & differentia, prædicatur: ratio eſt: quod diffinitio prædicatur in quid, & explicat quid res ſit: ergo partes illius genus,

### Secundum

genus, ſcilicet, & differentia, in quid prædicantur, & explicat quid res ſit.

Secundo, prædicatum essentialē, & quidditatuum, idem ſunt: ſed differentia eſt prædicatum essentialē, & ſignificat quidditatem rei, per modum per ſe ſtantis, & essentiaz: ratione enim ſignificat rationalitatem habens, habens autem rationalitatem eſt aliquid per modum per ſe ſtantis: ergo differentia, & genus, eodem modo, in quid, prædicantur.

### Tertius.

Tertius, ſi prædicari, in quid, non potest differentia conuenire, maxime, quia differentia eſt forma determinans, & qualificans: ſed genus etiam eodem modo ſe habet: quia prædicatum ſe habet, vt forma qualificans ſubiectum: ergo, vel genus etiam prædicatur in quale, ſicut & differentia; vel differentia etiam prædicabitur, in quid, ſicut & genus.

### Nota.

Notandum ex Doct. hic, & ſupra quæſt. vniuers. & in Theorematibus Theoreticis ſedatu, aliud eſt etiam communis cum Doctore, & probatur: prædicari, in quid, abſolute conuenit realitiati illi, que eſt prima in constitutio- ne quidditatis, ſeu essentiaz: talis eſt genus: ergo illi abſolute, & ſine addito, conuenit, in quid, prædicari: minor, & conſequens, patet: & maior probatur: tum ex Ariftot. quinto Metaphyſi, veſupta: vbi ſic ait: genus eſt, quod in rationibus, primam in eſt, & dicitur in eo quod quid eſt, cuius differentia dicuntur qualitates: & in quarto Topicor. habent theſe verba: Quia nulla differentia ſignificat quid eſt, ſed magis quale quid: & cap. ſexto ſic dicitur: Quoniam differentia quidem qualitatem generis temper significat. Quibus verbis differentia tribuitur prædicari in quid, cum addito, ſcilicet, in quale quid: at generi tribuitur abſolute. Tum etiam, quia priuam fundamentum quidditatis, ſicut primo habet dare eſte, ita primo prædicat essentiam: ac per conſequens abſolute dicitur eſte prædicatum in quid. Vnde licet ha ſint per ſe: homo eſt animal: & homo eſt rationalis, nihilo minus secunda eſt denominativa largifiqua eius prædicatum eſt forma, per modum formæ: prima vero non eſt denominativa: quia eius prædicatum eſt per modum materiae; & id, abſolute quidditativa dicitur: ut optime formalitatem, fol. 193, ergo, &c.

Ad argumenta: ad primū ex Ariftotle reponetur: ipſum tantum velle differentiam prædicari quidditatiōē: vel in quid large, ſeu cum addito, hoc eſt, in quale quid: quod nos etiam faciemur.

Ad secundum, concedo maiorem, & priuam partem minoris: nego autem secundam: nam in differentia concretiva ſumpta non debet attendi connotatum; ſed significatum formale præcise, quod eſt per modum formæ qualificans; & idem non in quid abſolute, ſed cum addito prædicatur.

Ad tertium, diſtinguo minorem: quodlibet prædicatum dicitur forma ſubiecti: quia ſubiectū illi ſubiectū in prædicatione: vt in his: homo eſt animal: homo eſt rationalis: concedo: dicitur autem forma determinans, & actuans aliam partem: nego minorem: hoc enim ſoli differentiae conuenit: quod per quale quid, & non per, in quid, abſolute prolatum, explicatur.

ſumptum, duo requiri: alterum, quod ſit de quiditate ſubiecti: alterum vero, quod ſit per modum ſubstantia, & materia.

Infero tertio, particulam istam, in quid, eſſe aquiuocam in diffinitionibus generis, ſpecieris, ac differentiaz: nam in diffinitione generis, immittitur incomplete, per modum materiae: in diffinitione differentiaz, incomplete per modum formæ: ſubstantia, & materialiter qualificantur: in diffinitione differentiaz, ſubstantia ſumitur complete dicens totam differentiam ultimam per differentias materialias determinabilas.

Dicendum priuam. Particula, in quid, conuenienter in diffinitione generis aſsignata. Eſt cō munis cum Doctore, & in littera eius, ac in ſumma textus probata manet.

3. Coroll.

2. Coroll.

1. Coroll.

### Argum.

Ad prima

Ad secunda

Ad tertium

Quæſt.